

In Prædicamenta Aristotelis.

73

Potentia q. potentia Dei, articulo octavo ad quartum, duabus singu-
laribus differentiis separantur ab aliis oppositis. Prima est,

quod ceterorum opositorum semper alterum, ideo oppositi ratione habet, quia alterius negatio est, vel negationem fecum dicit. Cōtradicторie enim & priuatiue opositorum alterum negatio est: cōtrariorum vero alterum vt priuatio est; vt dicitur decimo metaphysice, relatiuē autem opositorum vt sic, neutrū alterius defrūtio est; sed ex hoc quod opponuntur mutus se ponunt non enim pater opponitur relative filio ex hoc quod idē non potest esse pater & filius eiusdem, sed ex hoc quod contra ponit filio, vt dicitur est, ex hoc autem ponit filium; & econtrafō, & simile est in aliis relative oppositi; semper namque inuenientur hoc, quod ex hoc, quod re latuum ad summa correlatiuum dicitur, ponit ipsum & non negat, ex hoc autem opponuntur, vt in textu dictu-

Opponuntur
relatiua con
tradictione
participa a
inquantū v
nū alterius
negationem
claudi, vi
relatua ve
ro inquantū
inuicem cor
relatiua sit.
Opportunit
ad hanc
demonstrati
oportet ut
invenientur
in aliis
negationem
claudi, vi
relatua ve
ro inquantū
inuicem cor
relatiua sit.

quod hoc ipsum, qd sunt alterū fūnt ergo &c. Secun-
da quod eis alterorum opositorum alterum se habet
vt imperfēctum respectu alterius, vt patet differrendo
per singula, relative autem opositorum vt sic neutrum
altero perfectius esse oportet: quoniā vt sic idē in qua-
tum opposita hoc ipsum quod sum ad aliud sunt: in qua-
tum autē res aliqua ad aliud est, nec perfecti, nec imper-
fecti rationem habet. Si autē confiderentur relativae op-
posita vt opponunt cōtradicitione participata, sic abq; dubio verum est quod alterum alterius negationē claudi-
dit, respectu eiusdem &c. & hoc mō intelligendi sunt
expositores illi, qui dicunt relative opposita oppomi, ex
eo quod non p̄t esse in eodem respectu eiusdem, & nō
est accidens de relativa oppositis vt sic praeceps, qm
vt ex duabus conditionibus eorum induc̄tis apparet, qd
relative opositori formaliter & praeceps sumpta non cō-
sistit in negatione & imperfectione, sed positione ab-
astrahēdo à perfectione & imperfectione. Et qm sermo
Aristotelis formalis est, ideo veram relative opositorū
descriptionē assignavit dicens, relative opposita esse il-
la, que ea ipsa, quae sunt opositorum sunt &c.

*Illi a vero que sunt vt contraria ipsa quidem que sunt
nullo modo ad inuicem dicuntur: contraria vero sibi inui-
cem dicuntur, neque enim bonum mali dicitur bonū, sed
contrarium, nec album nigri album, sed contrarium: qua-
re differunt a se inuicem haec oppositiones.*

Hic secundo determinans de oppositione contraria duo facit, primo quasi describendo contrarie opositora, dicit. (Illa vero &c.) Vbi tria notanda sunt. Primum est quod secundum triplicem contrarie opositorum conditionem, tria Arist. tangit. sunt enim contrarie opositoria, & in hoc conuenientia cum relative oppositis (ad inueniuntur non respectiva.) & in hoc differunt a relative oppositis (& denominata sibi inuicem contraria) & per hoc differunt a disparatis, puta albedine & dulcedine. Pri-
mam conditionem innuit dicens, ipsa quidem que sunt, idē secundum suas proprias essentias. Secundum sub-
dens, nullo modo ad se inuicem dicuntur. Tertiā adiu-
gens, contraria vero sibi inuicem dicuntur. Secundum est, quod opositoria cōtrarie, vt in textu patet, oportet se-
cundum ea quae sunt, non se inuicem respicere: & aliquo modo (cūlīcet vt contraria) se inuicem respicere; & con-
sequenter non esse relatiua & esse relatiua. Non propte-
rea quod oporteat contraria non esse relatiua secundum
esse, & esse relatiua secundum dici: quoniā album &
nigrum, dulce & amarum & alia huiusmodi neutro mo-
di sunt relatiua, sed propterea, quia oportet contrarie
opposita non esse relatiua per se & esse relatiua
per accidens. Vocantur autem relatiua per se, quae secun-
dum seipſa seu propriis nominibus referuntur, vt pater
& filius, duplum & dimidium &c, relatiua autem secun-
dum accidentis, quae secundum aliquid sibi additū seu de
nominatiuis nominibus referuntur, vt Sortes est relatiu-

secundum accidentem sibi paternitatem; & patris nomine
indutus, Platonis filii dicitur pater, necesse quippe est qd
contrarie opposita secundum ea, quae sunt sui propriis
nominibus relativa ad se inuicem non sint, vt album nō
dicitur nigri album; nec econtrafō, & quod denominen-
tur contraria, ac per hoc secundum additam contrarie
tatis relationem, relative dicuntur induita contrarii voca-
bulum, dicitur enim nigrum (& si non albi nigrum, albi
contrariū) & econtrafō, album dicitur nigri cō-
trarium, & sic oportet contraria opposita non esse corre-
lativa & esse correlativa. Nec tamen hoc sufficit ad dī-
cēndendum contrarie opositora, sed oportet specificare
quali relatiua denominatione oportet ea esse corre-
lativa: & hoc fecit Aristotle. (cum dixit ea oportere con-
trarietatis relatione denominata, sibi inuicem cōtraria
dici) Tertium quod quia Aristoteles superficietenus (vt
logicum decet res sub intentionibus considerantem) op-
posita contrarie manifestauit per differentiam a relati-
uis & dispositatis; nec aperuit quid contraria opositorio
sit, sed quod contrarie opposita dicuntur, non vera defini-
tione, sed aliqui maiore explicatiōne, quā contrario
rum nomen sonet, ideo non est mirandum si contrarie
opposita declaratur; per dici sibi inuicem contraria. Ex
dictis namque iam patet, quod adiuncte huic particule
duas aliq; tres contrariorū conditions ostenduntur; quas
contrariorū, aut contrarie opositorū nomen non
explicat &c.

*Quocunque vero contrariorū talia sunt, vt in quib.
nata sunt fieri, & de quibus predicantur necessariū fit
alterum ipsorum inesse. nihil horum est medium, quorum
vero non necessariū est alterum inesse, horum omnium
aliquid est medium oīno, vt ageritudo, & sanitas in cor-
pore animali nata sunt fieri, & necessariū est alterum
inesse animalis corpori vel ageritudinem, vel sanitatem.
Et par & impar de numero predicantur, & necessariū
est alterum in numero esse, vel impar, vel par, & nullum
est medium eorum, neque ageritudinis, & sanitatis, neq;
imparis, atque paris. Quorum vero nō est necessariū al-
terum inesse eum est aliquid medium, vt nigrum & al-
bum in corpore animali nata sunt fieri, & non est nec-
essariū alterum eum esse in corpore, non enim oī corpus
aut album, aut nigrum est. Sed prauum & studiosum pre-
dicantur quidem de homine, & de alijs multis, sed nō est
necessariū alterum eorum inesse illis de quibus pre-
dicantur non .n. omnia vel prauum vel studiosum sunt, sed est
horum medium. Albi quidem & nigri fuscum & palli-
dum, & quicunque aliq; sunt colores, praui vero & stu-
dosi quod neque prauum, neque studiosum est. In aliqui-
bus iisque nomina posit a bis quae media sunt, vt albi &
nigri fuscum & pallidum, in quibus autem nominā qui-
dem medio assignare idoneum non est, sed per triusque
extremorum negationem (quod medium est) determina-
tur, vt neque bonum, neque malum, neque iustum, neque
iustū.*

*Deinde dividendo contraria per mediata & imme-
diata, magis eorum naturā aperit, tali ordine. Primo po-
nit diuīsionem bimembrem cum membrorum descrip-
tionibus dicens, contrariorū quādam esse, quorū nī
hī est medium idē immediata; & ista sunt quācūque
talia sunt; vt in quibus nata sunt fieri, & de quibus pre-
dicantur, neceſſe est alterum ipsorum inesse; quedam ve-
ro, quorū est aliquod mediū, id est mediata; & ista sunt
quācūque talia sunt, vt non si neceſſe est alterum ipsorum
inesse ei, in quo nata sunt fieri. Secundo declarat exemplariter
vtrūque membrum: & quo ad primum adducit in exemplum languorem & sanitatem in naturalib.
& in mathematicis parent & imparem declarans in eis
saluari descriptionem primi mēbri, & ex descriptione
descriptum. Quo ad secundum autem adducit album
& ni-*